



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria**

**Dionysius <Cartusianus>**

**Coloniæ, 1532**

**VD16 D 1926**

exegesis 26 cap. Agrippa [ver]o ad Pau ait art 26

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38702**

superstitionem quandam putauit. L Paulo autem ap-  
pellante vt seruaretur ad Augusti cognitionem J id est  
vnius mitteretur ad imperatorem, & audiretur ab eo  
L iussi seruari eum J. Romani autem imperatores ab  
Cæstauiano potētissimo iperatore qa rem publicā maxi-  
me auxit, atque ob id Augustus vocatus est, nomen Au-  
gusti sortiti sunt. L Agrippa dixit. Volebam & ego ho-  
minem audire. Altera die cum venisset Agrippa & Ba-  
ronice cū multa ambitione J id est, cum grādi appara-  
tu & fastu L iubente Festo adductus est Paulus. J &c.  
L De quo J Paulo L quid certum scribam J ego Festus  
L domino J imperatori Neroni L nō habeo. J &c. L Si-  
ne ratione enim J id est, irrationabile L mihi esse vide-  
tur, mittere vinctum J ad iudicem L & causam eius nō  
significare J verbis aut scriptis.

Explicatio capituli XXVI. Agrip-  
pa vero ad Paulum ait.

## Artic. XXVI

**A**grippa vero ad Paulum ait. Permittitur tibi  
loq pro temetipso J id est, damus tibi licentiā  
te excusandi veridice. L Tunc Paulus extenta  
manu J more concionantium, & vt verba eius diligen-  
tius auscultarentur L cœpit rationem reddere dicens.  
De omnibus quibus accusor a Iudæis rex Agrippa me  
æstimo beatum J id est, innocentem, vel beatitudinem  
quandam adeptum L apud te, cum sim defensurus me  
hodie J Quia cum sis noticiam legis habens, coram te  
tamq̃ viro perito libentius respondeo L maxime sciēte  
te omnia J saltem in gñe L quæ apud Iudæos sunt con-  
suetudines & quæstiones. Propē qd obsecro pacienter  
me audias. Et qdem vitā meā J &c. i. qliter a iuuentute  
inter Iudæos i Hierusalē vixi. L sciūt Iudæi, qm̃ secundū  
certissimā sectā nr̃e religionis vixi Phariseus. J Secta  
aut̃ Phariseorū famosa atq; notissima fuit. Connume-  
rat quoq; Apłus se Iudæis, dicēdo, nostræ religionis, vi-  
del. Iudaismi seu veteris testamenti, loquēs de se p̃ tpe  
iuuentutis suæ. L Et nunc in spe repromissionis J

I N A C T. A P O S T. E X E G.

æternæ hæreditatis, seu Christi & beneficiorum ipsius  
 [quæ ad patres nostros facta est a deo] qui ista patri  
 archis & prophetis, reuelauit atque promissit [in qua  
 duodecim tribus nostræ] .i. aliqui de duodecim tribu-  
 bus Israel, nocte ac die seruentes deo sperant deueni-  
 re. Vt bona promissa obtineant, Quod de conuersis Iu-  
 dæis certum est veritatem habere. De incredulis quo-  
 que quodammodo verum est, quamuis inordinate de-  
 seruiant, & in modo expectandi bona promissa multi-  
 pliciter errant. [De qua spe accusor a Iudæis o rex.]  
 Nam mihi imponunt, quod mendaciter assero spemi-  
 stam in Iesu Nazaræno partim impleram, pleniusque  
 complendam, quando electi per ipsum corporis & ani-  
 mæ glorificationem plenariam consequentur. Gratia  
 namque & veritas per Iesum Christum facta est, & cre-  
 dentes in Christum, hæreditatem cælestem suscipiunt,  
 a reatu originalis peccati eruuntur, ac varia gratiæ  
 dona nunc capiunt. [Quid incredibile iudicatur apud  
 vos, si deus mortuos suscitaret?] Id est, inter eos q. Moy-  
 si legem suscipiunt, non debet incredibilis reputari susci-  
 ratio mortuorum, cum quidam in lege potestate diuina  
 id egerint, vt Helias & Helizeus. Iccirco quod ego asse-  
 ro Iesum a deo resuscitatum non debet incredibile iu-  
 dicari. [Et ego quidem existimaui me.] &c. Hic resu-  
 mit Apostolus modum suæ conuersionis, patetq. lite-  
 ra ex præinductis. [Et per omnes synagogas puniens  
 eos] Non absolute per omnes, sed per omnes, circa vel  
 intra Hierusalem. [Vidi super splendorem solis circum  
 fulsisse me lumen, & eos qui simul mecum erant.] Ita qd  
 claritas illa cælestis videbatur splendore solis lucidior,  
 eo modo quo stella magis apparens cæteris stellis fer-  
 tur fuisse micantior, quia sic apparebat his, quorum vi-  
 sui fuit propinqua. Deniq. claritas illa desuper fusa fu-  
 it splendidior claritate solis recepta in terrenis corpo-  
 ribus, eisque subiectiue in hærente. Ex quo tamen non  
 sequitur, quod fuit maior luce solis qui soli in hæret.  
 [Omnesq. nos cum decidissemus in terram.] Superi-  
 us dictum est, quod Paulus in terram corruerit, hic ve-

3. Reg. 17  
 4. Reg. 4.

Actu .9.

Act .9.

ro adijctur, quod omnes comites eius in terram colla-  
 pſi ſint, vtique præ timore & admiratione. Laudi uo-  
cem dicentem mihi Hebraica lingua. Quod uocem au-  
 dierit ſupra iam dictum eſt, non autem quod fuit He-  
 braica. L Saule Saule, quid me perſequeris? &c. L Ex-  
urge & ſta ſupra pedeuos. Hoc quoq; Ezechielis. 2.  
 dominus loquitur Ezechieli. Fili hominis, ſta ſupra pe-  
 des tuos & loquar tecum. Per quod deſignatur, quod  
 intellectu atq; affectu mentali erigi debet ad deum, quĩ  
 diuinarum reuelationum ſecreta percipiet. L Ad hoc e-  
nim apparui tibi. Iego Ieſus Nazarænuſ. L vt conſtitu-  
am te in miniſtrũ. .i. euangelizatorem. L & teſtem eo-  
rum quæ uidiſti, & eorum quibus. .i. in quibus. L appa-  
rebo tibi. .i. procedente tempore tibi reuelabo. L eripĩ-  
ens te de populis & gentibus. .i. Iudæis atq; gentilibus  
L in quos ego nunc mitto te. aperire oculos. .i. illumi-  
 nare corda. L eorum, vt cõuertantur de tenebris. L igno-  
rantix & peccati, præfertimque idolatriæ. L ad lucem.  
 quæ Chriſtus eſt, qui ait. Ego ſum lux mundi. Ad lucẽ  
 quoque Euangelicæ ueritatis. L & de poteſtate Sata-  
næ. L cuius ſerui fuerunt impie conuerſando. L ad deũ.  
 Pœnitendo enim, & in Chriſtum credendo taliter con-  
 uertuntur. L vt accipiant remiſſionem peccatorum &  
ſortem. .i. partem. L inter ſanctos. L uidelicet dona gra-  
tix in præſenti, & dona gloriæ in futuro. L per fidem  
quæ eſt in me. .i. tendit & ducit ad me, & meam diui-  
 nitatem ſub ratione primæ ueritatis habet pro obie-  
 cto. L Vnde non fui incredulus cæleſti uifioni. L putan-  
do eam phantaſticã. L ſed omnibus annuncibam. L ut pœ-  
nitentiam agerent, & conuerterentur ad deum. L con-  
temptis bonis uariabilibus & caducis. L digna pœniten-  
tix opera facientes. L ut .i. tanto maiora ac ſtrenuora  
eſſent pœnitentiæ opera, atque ex præcordiali con-  
tritione procedentiã, quãto plura & enormiora fuiſſent  
peccata. Sic & Ioannes baptiſta hortatur, facite (inqui-  
 ens) dignos pœnitentiæ fructus. L Auxilio autem dei  
adiur. ſto. L in culmine uirtutum immobilis. L uſque  
in æternum diem teſtificans minori atque maiori.

Ioann. 8.

Matt. 3  
Luc. 3 & 13  
Ioan. 1.

Luc. 3.

IN ACTA APOS. EXEG.

- Mar. 16** quod Iesus sit Christus, & sine conuersione ad ipsum,  
**Ioan. 6** nulli sit salus [nihil extra dicens, quā ea q̄ prophetæ  
 sunt locuti]. 1. in nullo ab illis discordans, imo ea dico  
 impleta, quæ ipsi prænunderunt implenda [si] pro  
**Tren. 4** quia [passibilis Christus] fuit. Nam eum pro mundi sa  
**Danie. 9** lute passurum dixerunt prophetæ [si primus ex resur  
 rectione mortuorum]. 1. inter mortuos suscitatos pri  
 mus non tempore, sed dignitate & causalitate, & quia  
 propria virtute seipsum suscitauit, quamuis non secun  
 dum idem conuenerit ei mori & suscitare a mortuis.  
**Luc. 2.** Verbum istud superiori plenius fuit expositum capitulo [lu  
**Ioan. 1** men annunciatus est populo] Iudæorum [ & gentibus ]  
 Hoc enim prænunderunt prophetæ, hoc prædicau  
 erunt Apostoli, quod Christus sit lumen hominum vni  
 uersorum, lumen, utique corda illuminans, Euangeli  
 cam sapientiam docens, ad felicitatem verā pducens.  
 De quo Symeon iustus professus est, viderunt oculi mei  
**Luca. 2.** salutare tuum. Qd' parasti añ faciem olm. populorū. Lumē  
**Esa. 9.** ad reuelationem gentium. Et Esaias: Populus q̄ ambula  
**Ioann. 1.** bat in tenebris, vidit lucem magnam. Itemq; Ioannes.  
 Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venien  
 tem in hunc mundum [Hæc loquente eo] [s. Paulo] [Fe  
 stus voce magna dixit. Insanis Paule: Multæ te literæ  
 ad insaniam conuertunt.] Quemadmodum stultā fecit  
**i. Cor. 1.** deus sapientiam huius mundi, ita & filijs huius seculi  
 stulticia videtur sapientia dei. Rursus irrationabilis  
 excessus visus est Festo viro gentili, qd' Paulus tot sup  
 naturalia p̄dicauit, qd' captiuitatis & vinculoꝝ suoꝝ  
 quasi immemor factus de puritate conscientie suæ co  
 ram deo, de resurrectione mortuorum, de communi  
 hominum salute, fecit sermonem. [Et Paulus. Non in  
 sano inquit optime Feste, sed veritatis & sobrietatis  
 verba loquor.] Mirum videri potest, quod sanctus ve  
 ridiculusque apostolus, virum infidelem, gentilem opti  
 mum nominat. Sed optimus, id est, valde bonus erat,  
 loquendo de bonitate morali, quantum ad virtutes ac  
 quisitas ac naturales sicut & multi gentilium eminen  
 ter boni fuisse leguntur, vt Hector & Iulius. Vnde de

Nestore refert philosophus, quod potius videbatur fili  
 us dei quam hominis. L Scit enim de his rex, ad quē &  
 constanter loquor. Non pauens vt moris est aliquibus  
 qui si cum aliqua eminenti persona loqui debeant, con  
 tremiscunt. L Latere enim eum nihil hoꝝ arbitror.  
 Neq; enim in angulo quicq; horꝝ gestum est. Non adu  
 latorie, sed veraciter loquutus est ista Apostolus, quia  
 Agrippa imbutus fuit lege & ritibus Iudæorū. Rumor  
 quoq; miraculorum, documentorꝝ, mysteriorūq; Chri  
 sti & discipulorū ipsius ad eum copiose peruenit. Et vt  
 refert hic Beda, Agrippa rex in contione quadam ad  
 Iudæos habita fertur dixisse. Si de religionis auxilio p̄  
 sumitis, cum vrbem iam Romanam discipuli Iesu re  
 pleuerint, haud sine nutu dei, putamus illam crescere  
 religionem. L Agrippa autem dixit ad Paulum. In  
 modico J. i. pro parte L me suades fieri Christianum.  
 Et Paulus. Opto apud deum, & in modico & magno,  
 non tantum te, sed & omnes qui audiunt, tales fie  
 ri qualis & ego J. Christianos omnino L exceptis vin  
 culis his J. i. dempto quod non essent vinculati vt ego.  
 Sed cum vinculum esse vt fuerat Paulus fuerit maxi  
 me meritorium, quare id excepit Apostolus? Est r̄nden  
 dum, quod illud excepit, non quia in se malum, aut ga  
 non meritorium, sed sub ratione p̄næ duntaxat, vt s̄.  
 quid p̄nale secundum se, sic enim optandum non fuit  
 sed per relationem ad fructum multiplicem. L Agrip  
 pa autem Festo dixit. Dimitti poterat homo iste, si non  
 appellasset Cæsarem.

Iohan. 13

Beda: 7

¶ Expositio capituli XXVII. Vt autē  
 Articulus viceſimus septimus.

**V**T autem adiudicatum est J id est, postea quam  
 Agrippa & Festus iudicauerunt L cum J. Paulū  
 L nauigare in Italiā J puta ad Romā & impera  
 torem L tradidit Paulū J Festus p̄ses L cū reliq; custo  
 diis J. i. cæteris captiuis L centurioni, nomine Iulio, co  
 hortis Augustæ J quia hic Iulius fuit magister atque  
 centurio super cohortem seu turbam militum, quos